

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Dan. Stalii Regulae Philosophicae explicatae & Orationes aliquot**

**Stahl, Daniel**

**Jenae, 1662**

Disputationum Philosophicarum Secunda continens Regulas VI. circa doctrinam Actus et Potentiae respondente publice Georgio Zeidelerio Cala-Thuringo

**urn:nbn:de:bsz:31-102400**

t. 10. l. 1. post. Et hoc ipsum est, quod Philoponus hunc loc. commentatur his verbis: ὅ φησὶ ὅτι οὐκ ἔστιν ἴσθυσθαι τὸ μὴ ὄν ὡς μὴ ὄν, ἀλλὰ ὅτι οὐκ ἔστι ἴσθυσθαι ὡς ὄν, non dicit Aristoteles, non ens posse cognosci ut non ens, sed negat, non ens cognosci posse ut ens.

II. Ex quibus omnibus responsio ad ea, quorum præced. tūm. §. 1. adducta sunt, evidens est.

*Disputationum Philosophicarum*

SECUNDA

continens

REGULAS VI.

*circa doctrinam*

ACTUS ET POTENTIÆ

RESPONDENTĒ

*publicè*

GEORGIO ZEIDELERO, Calâ-Thuringo.

**R**egulis de ente subijcimus eas, quæ in doctrina de potentia & actu sese offerunt, propterea, quod hi termini ita rationem entis attingunt, ut statim atq; aliquid ens esse concipimus, deveniamus hoc, quod

actu sit vel potentiâ,

Sit ergo

REGU

A potentia

I. Doctores IX.

suos actus eorum succedere non quando

II. Hæc actum va sine actum tiam sent

III. V gumentum bet pote

ctu oper peratur, muni ho um, qui

let, voca fito aliqu mnum.

tificem tentiam ficatore esse pot domo elve ristotele



## REGULA I.

*A potentia ad actum, sive à posse ad esse non valet consequentia. scilicet affirmativa*

I. Docebant Megarici, sicut autor est Aristoteles IX. Met. c. III. potentias non præcedere suos actus, sed tùm tantùm esse, quando actus eorum sunt, velut eum, qui non ædificat, ædificare non posse, sed tantùm eum, qui ædificat, quando ædificat.

II. Hæc sententia si vera esset, à potentiâ ad actum valeret consequentia, cùm sic potentia sine actu esse non posset. Imò actum & potentiam sententia illa unum idemq; facit.

III. Verùm absurdam eam esse aliquot argumentis probat Philosophus: I. Si nemo habet potentiam agendi, nisi quando agit & actu operatur, artifex non erit, nisi, qui actu operatur, quando actu operatur. At id communi hominum opinioni adversatur, qui eum, qui artem aliquam didicit & exercere solet, vocat artificem etiam tùm, quando sepositò aliquantisper opere cœnam capit aut somnum. Consequentia est manifesta, quia artificem esse nihil aliud est, quàm habere potentiam aliquid artificiosè operandi, ut ædificatorem esse, nihil aliud est, quàm præditum esse potentiâ artificiosè ædificandi. τὸ δὲ οἰκοδομῶ εἶναι τὸ διωατῶ εἶναι ἔστιν οἰκοδομεῖν, ait Aristoteles.

C

IV.

IV. II. Si is, qui ad horam ab opere cessat, hęc ipsō potentiā artificiosē operandi sive arte privatur, & eam hęc ipsō recuperat, quod ad opus revertitur, fieri potest, ut quis amittat artem, idq; nec oblivione, nec morbo, nec tempore sive longā defuetudine, itemque acquirat artem, nec tamen interventu doctorū nā pręceptoris proprię inventionis. Quod absurdum non modō, sed & ridiculum.

V. III. In rebus inanitis eodem modō erit comparatum: Si potentia non est sine actu, nec ignis erit calidus, nec aqua frigida, nec mel dulce, neq; omnino quidquam sensibile, nisi actu sentiantur. Ex quibus Averrois argumentatio extrui potest: Si qualitates sensibiles non sunt nisi actu sentiantur, fiet, ut sublatis animalibus (utpote quę sola sentiunt) ipsę quoq; tollantur.

VI. IV. Sequitur, animal non habere sensum, dum actu non sentit, indeque unum eundemq; hominem sapius eodem die fore cęcum & surdum. Quoties enim utetur ad spectum & auditum, tum non erit cęcus & surdus, quoties autem non utetur, erit cęcus & surdus, quod longē absurdissimum. Consequentia patet, quia hominem cęcum & surdum esse, est, eum non habere visum & auditum, sive potentiam videndi & audiendi.

VII. V. Si nulla res habet potentiā agendi

di aut pot  
aut patiti  
non sit ve  
aliquid fe  
sibile en  
tentia ad  
quā fiat, n  
mediō &  
per quoq;  
Et quod se  
id, quod  
IX. A  
tentiam  
est, inqu  
fit; idemq  
que modō  
ambulare  
bulare, q  
IX. E  
ad esse n  
sequitur  
testambu  
consequ  
verō.  
X. Pa  
consequ  
posse ad  
nima; Ch  
cus non

di aut patiendi quicquam, nisi eum actu agit aut patitur, impossibile est, fieri id, quod actu non sit vel est, mentieturq; quicumque dixerit aliquid fore, quod nondum fit vel fiat. Impossibile enim est, fieri aliquid, quando vel potentia activa, per quam fiat, vel passiva, ex qua fiat, non est. Unde hoc commentum de mediô & motum & generationem tollit: *Semper quoq; id, ait Philosophus, quod stat, stabit, & quod sedet, sedebit, cum fieri nequeat, ut surgat id, quod surgere non potest.*

IX. Aristoteles igitur expressè docet, potentiam esse posse, ut actus non sit: *Itaq; fieri potest, inquit, ut aliquid possibile sit esse, nec tamen sit; idemq; possibile sit non esse, cū sit tamen, eòdemque modo in aliis predicamentis, nempe ut aliquid ambulare possit, quod non ambulat, possitq; non ambulare, quod ambulat.*

IX. Ex quibus evidentissimum est, à posse ad esse non valere consequentiam, sicut non sequitur: Pax potest esse. Ergò est. Petrus potest ambulare. E. ambulat. Contingit enim, consequens utrobique; falsum esse, antecedente verò.

X. Patet autem ex hisce, sermonem esse de consequentiâ affirmativâ. Nam negativè à posse ad esse valet consequentia. Sequitur enim; Chimæra non potest esse. E. non est. Cæcus non potest videre. E. non videt.

C a

V e o

XI. Verùm ne negativè quidem à posse ad esse valere consequentiam, inde quis probet, quia non sequitur: Omnis creatura potest non esse. E. non est. Petrus potest non ambulare. E. non ambulat.

XII. Sed respondeo, has consequentias non procedere à posse ad esse negativè, quia ut à posse ad esse negativè argumentemur, requiritur, ut antecedens sit propositio negativa, quod non fit, nisi particula negativa ponatur ante verbum *potest*, (quia verbum *potest* hic continet copulam) quemadmodum ex supra dictis exemplis manifestum est. At quantum ad modò objecta exempla, particula negativa in antecedente post verbum *potest* ponitur & sic aliqua quidem negatio in prædicatò continetur, sed ipsa propositio est affirmativa.

XIII. Unde & consequentia à potentia non essendi vel non ambulandi, ad non esse, vel non ambulare, est quodammodò affirmativa, & licet et non esse, & non ambulare sit negatio actus, nempe actus essendi & actus ambulandi; tamen respectu potentia non essendi & non ambulandi habet rationem actus. Sicut enim se habet esse ad posse esse, & ambulare ad posse ambulare: ita se habet non esse ad posse non esse, & non ambulare ad posse non ambulare. Confer locum Philosophi §. II. citat.

XIV. Hinc facile etiam consequens concipi-

pi potest, nitum, ut tens non non amb

XV. E. A posse ita & recte esse, non à non potest quentia.

Ab act.

I. Dup-  
tinetur in  
tur Prac-  
continet  
aliis ejus-  
mentis. I-  
ria prim-  
rum, cum  
primæ, i-  
tinetur  
calefaci-  
potentia  
text. 3. &  
litas ne-  
tia sub p-  
sumtâ.

pi potest, ut & ipsum sit affirmativum, sed infinitum, ut si dicamus: Omnis creatura est potens non esse. E. est non ens; Petrus est potens non ambulare. E. est non ambulans.

XV. Ex quibus patet, quòd, sicut diximus: A posse esse ad esse non valet consequentia: ita & rectè dicamus: A posse non esse ad non esse, non valet consequentia. E. diversò autem à non posse esse, ad non esse, valida est consequentia.

## REGULA II.

*Ab actu ad potentiam, sive ab esse ad posse valet consequentia.*

I. Duplex est potentia. Quaedam enim continetur in secundâ specie qualitatis, & vocatur Prædicamentalis? quedam autem non continetur in secundâ specie qualitatis, sed in aliis ejus speciebus, aut aliis etiam prædicamentis. Potentia enim Dei & potentia materiæ primæ, quæ receptiva est omnium formarum, cum sint ipsa substantia Dei & materiæ primæ, in Prædicamento qualitatis non continentur. Calor quoque importat potentiam calefaciendi, & scientiæ, aliiq; habitus inter potentias referuntur ab Aristotele IX. Met. text. 3. & 10. ad secundam tamen speciem qualitatis non pertinent. Continentur hæ potentia sub potentia, voce hæc transcendentaliter sumtâ.

II. Adsignant autem nonnulli id discriminis, quod potentia prædicamentales possunt cum suo actu conjungi, cum non tollatur calor seu potentia calefaciendi ab igne, cum calefacit, atque sic etiam rectè dici, aliquem posse disputare, cum actu disputat: reliquas vero potentias cum actu conjungi non posse, sed tolli eas, quando est actus, statuunt; cum homo non amplius sit ens potentia, quando est ens actu.

III. Hi non possunt nostram regulam prædicamentalem universaliter verà habere, sed necessariò eam restringent ad potentiam prædicamentalem. Si enim reliquæ potentia non possunt simul stare cum actu, fieri non potest, ut ab actu ad eas valeat consequentia.

IV. Verùm nugæ hæ sunt. Nam potentia creandi in Deo simul stat cum actu creandi, & potentia materia, quæ potest habere in se formam, non tollitur, dum actu recipit formam. Et sequitur: Deus creat. E. potest creare. Materia recipit formam. E. potest eam recipere. Hæ tamen non sunt prædicamentales potentia, ut antea dictum est.

V. Sed jugulant quoque se suo ipsorum gladio. Fatentur enim, calorem sive potentiam calefactivam ab igne non tolli, quando actu calefacit, & rectè dici, hominem posse disputare, cum disputat. At hæ potentia non sunt

præ

prædicamentales  
mentales  
specie quæ  
tiam specie  
tet artem  
speciem

VI. R  
amplius  
frivola e  
cit, non

disputat  
tamen,

hiscæ po

VII.

distingui

inter esse

gat actu

non est.

plaus est

templam

non vig

dens, q

habet,

philose

oppositi

si respe

& non

pterea

autè, s

prædicamentales, sumtâ potentiâ prædicamentali tantum pro eâ, quæ est in secundâ specie qualitatis. Calor enim pertinet ad tertiam speciem, & cum posse disputare impotet artem sive habitum quendam, ad primam speciem refertur.

VI. Ratio adducta de homine, qui non est amplius ens potentiâ, quando est ens actu, frivola est. Nam & calor, quando actu calefacit, non est potentiâ calefaciens, & qui actu disputat, non est potentiâ disputans. Illi ipsi tamen, cum quibus nobis res est, fatentur, in hisce potentiam conjungi posse cum actu.

VII. Radix autem erroris est, quod non distinguunt inter *posse, vel habere potentiam, & inter esse potentiâ*: *Esse potentiâ* excludit & negat actum. Id enim dicitur potentiâ esse, quod non est, cum possit esse, ut potentiâ contemplans est, qui non contéplatur, cum possit contemplari, vigilans potentiâ, qui dormit, h'c non vigilat, cum possit vigilare, potentiâ videns, quod claudit oculos, aspectum tamen habet, quemadmodum IX. Met. r. II. Aristoteles philosophatur. Unde *actu esse & potentiâ esse*, oppositionem contradictoriam important, si respectu ejusdem sumantur, (cum actu esse, & non esse actu, contradicentia sint) & propterea de eodem affirmari non possint. Dico autem, *si respectu ejusdem sumantur, v.g. respectu*

calidi. Nulla enim res simul actu calida, & potentiâ calida esse potest. At si sumantur respectu diversorum, ut respectu calidi & frigidi alia est ratio. Est enim eadem res actu calida & potentiâ frigida, ut etiam *II. Phys. r. 8.* habetur. At *posse esse, vel habere potentiam, & esse actu* etiam ejusdem respectu non opponuntur, cum illud non excludat aut neget actum, sed ab eô abstrahat, & tùm cum actu, tùm cum negatione actus possit consistere: quemadmodum homo ambulare posse dicitur, sive ambulet, sive non ambulet. Unde nulla est consequentia: Homo, quando est ens actu, non est ens potentiâ. E. aliqua potentia non potest conjungi cum actu; sed hoc tantum sequitur ergò *esse potentiâ* non potest conjungi cum *esse actu*. Certè non sequitur: homo est ens actu, ergò est ens potentiâ, quia, ut dixi, ens potentiâ & ens actu, involvunt oppositionem contradictoriam. Sequitur tamen: Homo est, ergò potest esse. Vel: est actu ens. Ergò potest esse ens: quemadmodum de Deo utrumque rectè dico, & quod sit, & quod possit esse. Quod confirmatur ita; Quicquid necessario est, illud potest esse. Deus necessario est. E. potest esse. Minor est extra controversiam. Major probatur, quia, ut docet Aristoteles *de interpret. c. XIII.* hæc consequentia est legitima: *Necesse est esse; ergò possibile est esse.*

Quin

IX. C  
argume  
est, pot  
esse, sur  
falsa est  
famesse  
esse, id i  
non pot  
sibile est  
cus vid  
bile est.  
Major e  
se, id est  
dens est  
pro aq  
se, & im  
non est  
minisc  
imposs  
IX.  
Regula  
ralissim  
actu de  
fana er  
E. pote  
lare; q  
X. V  
hæ con  
castu. E.

IIX. Quin pro Regulâ nostrâ hoc propono argumentum: Hæ propositiones, omne quod est, potest esse, quoddam quod est, non potest esse, sunt contradictoriæ. Si ergò posterior falsa est, necesse est priorem esse veram. Falsam esse posteriorem probo. Quod non potest esse, id impossibile est esse. Quoddam quod est, non potest esse. E. Quoddam quod est, impossibile est esse. Conclusio est absurda, ut vel cæcus videt. Si enim id esset, quod esse impossibile est, jam impossibile non esset impossibile. Major est vera, quia quod non est possibile esse, id est impossibile esse, quod tùm per se evidens est, tùm *ex cit. loc.* Aristotelis liquet, ubi pro æquipollentibus habentur, *non possibile esse, & impossibile esse.* Sed quod nō potest esse, id non est possibile esse, quemadmodum ex terminis constat. E. quod non potest esse, id est impossibile esse.

IX. Patet autem tùm ex dictis, tùm aliàs, Regulam non solùm de *esse*, ut hâc voce generalissimâ significatur, sed & de quolibet *esse*, vel actu determinatori, esse intelligendam. Tàm sanæ enim sunt istæ consequentiæ: Est doctus. E. potest esse doctus. Ambulat. E. potest ambulare; quàm ista: Est. E. potest esse.

X. Verùm aliud hîc se offert dubium. Nā hæ consequentiæ videntur nullæ: *Lates sunt cocti. E. possunt coqui*, loquendô de iisdem lateribus.

ribus. Cocti enim lateres non possunt amplius coqui. *Hic homo est natus ex hisce parentibus. E potest ex iis nasci.* Quomodo enim potest homo nasci, quum sit senex?

XI. Sunt, qui distinguunt & dicunt, potentiam vel esse à naturâ, ut juncum flexilem, vel ab arte, ut coctos lateres. Quando potentia est à naturâ, eam non tolli præsentè actu, sed cum eò conjungi, atque hinc esse, quod juncum flexi retineant nihil ominis flexendi facultatem, quemadmodum ipsi loquuntur. Secundum hanc doctrinam valebit consequentia ab esse ad posse, cum potentia est à naturâ, ut, junci sunt flexi, E. possunt flecti. Quæ autem ab arte proficiuntur, non ita se habere ajunt. Neque enim coctos lateres posse coqui, cùm coctio accidens sit extrinsecus adveniens, non à primordiis laterum.

XII. Verùm nos calculum his nostrum ad-jicere non possumus. Nam quando homo nascitur aut natus est à parentibus, illa potentia non est ab arte, sed à naturâ, nihil ominis tamen non sequitur: *Hic homo natus est ex hisce parentibus. E. ex iis potest nasci.* Similiter & in lateribus potentia, quâ coqui possunt, est à naturâ, quamvis ars interveniat tanquam causa applicans.

XIII. Et quid est, quod dicant, lateres coctos non posse coqui, propterea quod coctio acci-

acciden-  
bant ob-  
sunt,, e-  
non ipse  
stinctio  
non dif-  
juncô e-  
non à p-  
quâ fle-  
tura pr-  
ctitur, u-  
homin-

XIV.  
judican-  
venien-  
quiritu-  
cedent-  
pore a-  
conver-  
est, no-  
sufficit,  
fatis est  
stratô in-  
rabit, u-  
tempo-  
sufficit  
Hinc co-  
sunt cog-  
gâ potest

accidens sit extrinsecus adveniens? Debe-  
bant ostendere, potentiam, quâ coqui pos-  
sunt, extrinsecus advenire, nempe ab arte,  
non ipsam coctionem, quæ est actus. Nam di-  
stinctione potentia rem explicare voluerunt,  
non distinctione actûs. Præterea & flexio in  
juncô est accidens extrinsecus adveniens, &  
non à primordiis junci. Potentia quidem,  
quâ flecti juncus aptus est, ipsi insita est à na-  
tura primordiis, sed flexio, sive actus, quô flecti-  
tur, utique est ab extrinsecô, ut à ventô vel  
homine. Idem dicendum est de lateribus.

XIV. Nos rem planam & expeditam esse  
judicamus; nempe ut argumentationes con-  
venienter nostro principio sint constructæ, re-  
quiritur, ut ratio ejusdem temporis in ante-  
cedente & consequente habeatur. Quô tem-  
pore alicui actus tribuitur, eô necesse est ipsi  
convenire potentiam. Si actus olim futurus  
est, non necesse est, potentiam jam esse, sed  
sufficit, si & ipsa futura sit, & si actus olim fuit,  
fatis est, si & potentia tunc fuerit, ut si, mon-  
stratô infante, dicas, *hic olim egregie causas pera-  
rabit*, ut hoc verum sit, non opus est, ut hîc  
tempore vi & facultate dicendi polleat, sed  
sufficit, si in futurum eam sibi acquisiverit.  
Hinc consequentias: *lateres sunt cocti, ergo pos-  
sunt coqui; hic homo nat9 est ex hisce parentib9, ergo  
patet ex illis nasci, ex verô progignere falsû,*  
mi-

mirum non est. Sic inferendum erat: *Latere sunt cocti. E. potuerunt coqui. Hic homo est natus. E. potuit nasci.*

## REGULA III.

*Cujus est potentia, ejusdem est actus.*

I. Οὐκ ἔστιν ἐν τῷ ἀκτινῷ ἡ ἐνέργεια. Aristoteles *de somno & vigiliâ c. I.* Si verū hoc est in universum, tum omnis actio erit in agente, quod absurdum, quia actio transiens non est in agente, sed in patiente. Si ergo in quō est potentia, in eō est actus, omnis actio erit in agente.

II. Dicendum, non idem esse, aliquid est alienius, & aliquid est in aliquō. Id quidem, quod est in aliquō, est etiam & dicitur esse illius, quemadmodum dicimus justitiam Aristidis, fortitudinem Scipionis, quod in illis fuerint: dicimus affectus capitis, ventriculi &c. qui in hisce membris sunt. Verū enim, verò potest etiam aliquid esse alienius, ut non in eō, sed extra illud in aliō reverà sit. Sic visio est rei visæ, ut coloris. Est quædam scientia & contemplatio corporum cælestium; nec visio tamen in re visâ, nec contemplatio & scientia illa in corporibus cælestibus inest, sed in vidente & contemplante.

III. Imò in præsentem materiâ suffragantem nobis habemus Aristotelem, qui expressè motum vocat actum τὸ κίνημα III. *Phys. c. III.*

*Latere est natura* t. 38. & t. 23. utriusq; & Ἐπισηλικῶ & Ἐπισηλικῶ  
 actum esse scribit; cum tamen hoc ipso in ca-  
 pite, ut & IX. Met. t. 16. doceat, motum non in a-  
 gente, aut eò, quod agendi & movendi vim  
 habet, sed in patiente tantum esse. Unde non  
 univèrsim verum est, cujus, vel in quò est po-  
 tentia, in eò esse actum, nec id verba regulae  
 præ se ferunt, sed ita habent: *Cujus est potentia,*  
*ejusdem est & actus*, h. e. cui potentia tribuitur;  
 ei tribuitur quoq; actus; quod verum est, si ve  
 actus eidem insit, cui potentia tribuitur, si ve  
 non. Fit quidem sæpe, ut actus illi insit, cujus  
 est potentia; verum id non est perpetuum.  
 Determinabimus rem specialius.

IV. Dico I *Cujus est potentia passiva, in eo est actus.* Ad hoc enim per se & naturâ suâ poten-  
 tia passiva ordinata est, ut subjectum, in quò  
 ipsa est, actum in se recipiat.

V. II. *Cujus est potentia activa actione imma-  
 nente, in eò est actus.* Et ratio sumitur ex §. præ-  
 ced. quia omnis potentia activa actione im-  
 manente est simul passiva. At cujus est poten-  
 tia passiva, in eò est actus. Imò eam ob causam  
 dicitur potentia activa actione immanente,  
 quod actus in eâ maneat.

VI. II. *Cujus est potentia activa actione transe-  
 ante, in eò non est actus;* Quando enim hujusmo-  
 di est potentia activa, tum actus est in patiente;  
 quemadmodum calefactio, quâ ignis a-  
 quam

quam calefacit, non in igne, sed in aquâ est, si-  
cuti patet ex Aristotele *in locis circ.*

VII. Quin distinctionem istam circa præ-  
sentem materiam, atq; ad eò has ipsas conclu-  
siones manifestò docuit Aristoteles *in t. 16. lib.*

*IX. Met.* hisce verbis: *In quibus id, quod fit, ali-*  
*quid aliud est præter operationem, in iis quidem a-*  
*ctus in eò est, quod efficitur, ut edificandi operatio,*  
*in eò, quod efficitur, ut edificandi operatio, in eò,*  
*quod edificatur, & texendi actus in eò, quod texti-*  
*tur: eademq; ratio est in aliis, & omnino motus in*  
*eò est, quod movetur. In quibus verò præter actum*  
*nullum est opus, in iis inest actus, ut visio in viden-*  
*te, & contemplatio in contemplante, & vita in a-*  
*nimâ, ac proinde felicitas ipsa. Hæc Aristoteles*

*IIX.* Sciendum autem, sermonem hîc esse  
de eò, quod propriè est in aliquò, quomodo  
accidens v.g. est in subjectò. Nam *IV. Phys. t. 23.*  
octo recenset modos, quibus aliquid in ali-  
quo esse dicitur, qui tamen non omnes sunt  
propriè dicti. In iis ille quoq; refertur, quò a-  
liquid dicitur esse in aliquò, ut res Græcorum  
in rege, & omninò ut in primò movente. Quâ  
ratione etiam actio transiens in agente esse  
fortasse dici potest. Sed hunc modum non esse  
propriè dictum, res ipsa ostendit: Res enim  
Græcorum reverâ extra regè sunt, sicut & res  
mota, vel motu effecta, extra primû movens,

*IX. IV. Cuiuscunq; est potentia, ejus est actus,*  
vel,

vel, cui tri  
Cui comp  
& cui com  
dit actus,  
inest: ut ac  
tencia pas  
facere, qu  
X. Aris  
& vig. præ  
activâ acti  
erat, quod  
statuit, no  
pus, sed to  
dum dicit  
in sentiend  
neq; anin  
tiat, sed to  
dum utitu  
cujus est po  
tius comp  
XI. Qu  
cit, cuius ei  
nò asseren  
riam; vel un  
plectendò  
Philosoph  
nam irasca  
animâ dica  
dicere, non  
vel,

vel, cui tribuitur potentia, ei quoq; tribuitur actus. Cui competit potentia passiva, id dicitur pati, & cui competit potentia activa, ab eò procedit actus, & dicitur agere, etsi in eò actus non inest: ut aqua dicitur calefieri, quia ejus est potentia passiva, ut calefiat; ignis dicitur calefacere, quia ejus est potentia calefactiva.

X. Aristoteles *loc. cit. nempe cap. I. de somn. & vig.* præfens axioma usurpavit de potentia activâ actione immanente. Quæstio enim ibi erat: quodnam esset subjectum somni & vigilia? & statuit, non esse solam animam, nec solum corpus, sed totum compositum. Ad quod probandum dicit, vigiliam in nullò aliò consistere, quam in sentiendò, qui est actus immanens. Cum igitur neq; anima seorsim, neq; corpus seorsim sentiat, sed totum compositum, ad quod probandum utitur hâc propositione, *ejusdem est actus, cujus est potentia*; sequitur quòd & vigilia sit totius compositi.

XI. Quemadmodum autem Aristoteles dicit, *cujus est potentia, ejusdem est actus*, ita omnino asserendum, *cujus est actus, ejusdem esse potentiam*; vel unâ simplici asseritione utrumq; complectendò, *potentia & actus sunt ejusdem*. Scribit Philosophus *I. de an. r. 64. ita: Dicere autem animam irasci vel timere, simile est, atq; si quispiâ vere animâ dicat, aut adificare. Nam melius est fortasse dicere, non animam, sed hominem animâ irasci vel*

ratio-

*ratiocinari*. Docet hic Philosophus, actus, quales sunt irasci, timere, necesse, ædificare, non esse animæ per se sumptæ, sed totius compositi, quò colligitur, potentias ad hosce actus non animæ solius, sed totius compositi esse, propterea, quod actus & potentia sunt ejusdem

XII. Atque hisce quidem intuitu principum activi & passivi regulam consideravimus, ad alia eam de mente Aristotelis extendendam esse putamus. Quæri posset, quid sentientiam, si actus & potentia considerentur ratione objecti? Videtur & sic actum & potentiam ejusdem esse? Nam & visus & visio est rei visibilis, ut coloris, & scientia & contemplatio rerum necessariarum &c. Docet tamen Aristoteles *I. post. l. 182.* sensum sive facultatē sentiendi esse rei universalis, sentire autem, sive actum sentiendi non nisi singularis. Quæ de

XIII. A nonnullis intelligitur de potentia objectivâ & actu entitativò. Idem enim est quod olim in potentia erat, & jam est actu, quod jam est in potentia, & olim existet actu sicuti idem homo est, qui aliquando in potentia solum erat, jam autem actu existit: qui jam in potentia est & qui elapsò anno nascetur, quod & ex *IX. Metaph. t. 13.* colligitur.

## REGULA IV.

*Quod transit de potentia ad actum,*

*mutatur.*

I. Tran

I. Transire de potentiâ ad actum, est, id, quod potentiâ est, fieri actu; ut quod potentiâ est homo, fieri hominem actu: quod potentiâ est album, fieri album actu. Eodem sensu dicunt nonnulli: *Quod transit de contradictorio in contradictorium, mutatur.* Esse enim potentiâ, & esse actu, involuntur contradictoria, quum illud, quod potentiâ est, actu non sit; quemadmodum quod potentiâ est album, non est album. Est ergo, ex albo potentiâ fieri album actu, idem, quod ex non albo fieri album, quod est de contradictorio transire in contradictorium. Vide *Aristotelem V. Physic. 7.*

II. Convellere Regulam videtur, quod quando aliquid, quod antè non videbatur, nunc videtur, de viso potentiâ fit visum actu; & quando Deus creavit mundum, tunc factus est ex creatore potentiâ creator actu, nulla tamen in Deum mutatio cadit; nec id, quod antè non videbatur, nunc autem videtur, hoc ipso mutatur.

III. Respondeo: Transire aliquid de potentiâ in actum contingit dupliciter: I. ut actus intrinsicus sit rei, quæ erat in potentiâ, eique tanquam subjecto inhæreât, notaturque sic potentia passiva. Hoc modo intellecta Regula est verissima, & nulli instantiæ obnoxia. Paries, qui ex albo potentiâ fit albus actu, mutatur. Homo, qui ex indocto fit doctus, mutatur per receptionem habitus sive eruditionis. Quando ex semine, quod est potentiâ animal, fit animal actu semen variè

D

muta-

mutatur, & sic in reliquis. Ratio est, quod hæc omnia de potentiâ passivâ in actum transcant, & recipiant in se formas, tanquam subjecta earum. 2. Ut actus sit rei, quæ de potentiâ in actum transt, extrinsecus, & ipsum extrinsecè denominet, aut aliàs non insit aut recipiatur in eâ tanquam in subjecto, aut potentiâ passiva. Hoc modo quod transt in actum, illud non est necessè mutari, idque probant instantiæ adductæ. Deum enim esse creatorem, & aliquid videri, sunt denominationes extrinsecæ: neque creatio, quæ est actus, per quem Deus dicitur creator, in Deo; neque visio, per quam, tanquam actum, aliquid dicitur videri, in ipso tanquam subjecto inest; & propterea nec Deus, cum ex creatore potentiâ fit creator actu, nec paves, qui ante non videbatur actu, post autem actu videtur, mutatur.

IV. Dicis. Filius Dei ante incarnationem fuit potentiâ homo, & postea actu factus est homo per assumptionem humanæ naturæ, quæ non extra, sed in ipso subsistit. E. vel regula, etiã ut hæcenus explicata est, mysterio incarnationis adversatur, vel asserendum, Filium Dei aliquam subsistisse mutationem.

V. Resp. Licet humana natura non sit extrinsecè Filius Dei constituta, quia tamen non est in eo, ut in subjecto, sed alio quodam admirando, omninoq; humanæ rationi incognito & imperscrutabili modo in ipso subsistit, nec potentia illa, quæ  
Filius

Filius De  
ea, qua h  
gnant, ne  
potest. V  
q. I. & ali  
zam disp  
VI. C  
de Deo  
Fonsca  
q. IV. s.  
in poten  
cutio im  
digentia  
rectè usu  
primâ, e  
actu cau  
sando de

VII. V  
seca. Q  
se, est, p  
lare, est  
potentiâ  
causam  
Reg. II.  
tissimud  
Deus po  
ator, ne  
ciatur.  
Scriptur

Filius Dei homo fieri potuit, est passiva, ideo nec ea, qua huc usq; dicta sunt: cum mysterio isto pugnant, nec aliqua inde in filio Dei mutatio inferri potest. Vide *Durandum & Hervæum III. dist. VII. q. I.* & alios Scholasticos. Consule etiam Mendozam *disp. Phys. P. sect. VI.*

VI. Circa id quod §. III. & IV. assertum fuit de Deo potentiâ creatore, visum est notare, quid Fonseca disputet. Negat is *L. VII. Met. cap. IIX. q. IV. s. VII.* rectè dici, Deum aliquando fuisse in potentiâ causam aut creatorem; quod ista locutio imperfectionem aliquam præ se ferat & indigentiam. Quamvis enim potentiâ causam esse, rectè usurpetur de causis secundis, quæ pendent à primâ, ejusque concursus expectant, ut possint actu causare; id tamen in Deo, qui à nullo in causando dependet, locum non habere ait.

VII. Verùm sine causâ hîc scrupulosus est Fonseca. Quemadmodum enim aliquid potentiâ esse, est, posse esse, cum non sit, & potentiâ ambulare, est, posse ambulare, cum non ambulet: ita potentiâ causam vel creatorem esse, est, posse esse causam aut creatorem, cum nō sit; quod ex §. VII. *Reg. II.* & ex loco Philosophi ibi allegato evidentissimum est. Atqui antè mundi creationem, Deus potuit esse causâ, potuit creare vel esse creator, nec tamen actu fuit; quod nec Fonseca inficiatur. Neque inficiari potest; quisquis Sacræ Scripturæ autoritatem admittit.

VIII. Unde nec negari potest, Deum ante mundi creationem fuisse causam & creatorem rerum in potentiâ, nisi qui nomine definiti id fraudare aufit, cui definitionem tribuerit. Ex quibus etiam id satis perspicuum est, causam vel creatorem potentiâ esse, nullam inferre imperfectionem aut impotentiam, cum posse esse causam aut creatorem, nec tamen actu esse, nulla imperfectione sit aut impotentia; tum quia utrumque Deo tribui potest, & quidem propterea, quod tantum abest, ut posse creare sit imperfectio, ut potius infinitam perfectionem includat, non creare autem sit negatio actus extrinsecè denominantis nempe creationis, qui cum Deum non faciat perfectiorem, neque negatio ejus imperfectionem in eo inferet: tum quia quod Deus non creaverit cum potuerit, atque ita aliquando fuerit causa vel creator potentia, ex libero ipsius arbitrio & sapientia profectum est, & non inde, quod aliquid rei ad creandum indiguerit.

IX. Quin, licet causa secundæ omnes imperfectionem secum ferant, & à Deo dependant in operando, quod tamen non semper actu causas sunt & operantur, sed sæpè potentiâ tantum, non provenit semper inde, quod à Deo dependant aut ab aliquâ imperfectione aut indigentia; quandoquidè creaturæ rationales agere & non agere & sic causas potentiâ esse possunt, Deo concurrenti suam non denegantè, & positis quoque omnibus

ad agendum  
quæ formam  
aliàs à Deo  
les quod  
provenit  
semper  
dò à Deo  
sum suum  
tur, prop  
positò, c  
pendeant  
huc poss  
tiâ causæ  
ex liberò  
ad operat

*Quod*

I. A

est majus  
lissima,  
potest vo  
mæ sensu  
rationali  
telligere

II. R

pliciter. I  
ut majus  
modo se  
Regula n

ad agendum requisitis, ex mera arbitrii libertate, quæ formaliter imperfectionem non infert, cum aliàs à Deo esset aliena. Causæ ἀλογοι & naturales quod interdum tantum potentiã operantur, provenit quidem ex aliquã indigentia sed non semper ex eo, quod dependent in operandò à Deo cum fiat, ut, Deo subtrahente concursum suum, non actu sed potentiã tantum operentur, propter absentiam nimirum patientis. Quin postò, creaturas ita operari, ut à Deo non dependeant in operandò, sicut Durandus vult, adhuc possent causæ secundæ aliquando esse potentiã causæ, & non operari actu, rationales quidem ex liberò arbitriò, ἀλογοι verò ex defectu alicujus ad operandum requisiti.

## REGULA V.

*Quod potest majus, potest etiam minus.*

I. At inquis; Homo potest intelligere, quod est majus, cum sit actus nobilissimus formæ nobilissimæ, nempe animæ rationalis: istamen non potest volare, quod est minus, cum sit actus animæ sensitivæ, quæ præstantiã & nobilitate animæ rationali longè inferior est. Ita cæcus potest intelligere: videre, quod minus est, nequit.

II. Respondeo: Majus & minus habent se dupliciter. Interdum enim sunt planè disparata, ita ut majus non includat id, quod est minus, quomodo se habent intelligere & volare. Et in hiscè Regula non est vera, quemadmodum probat ar-

gumentum modò adductum. Interdum majus includit id, quod est minus, quomodo rò currere includit rò progredi, & portare centum pondo includit portare quinquaginta pondo. Quando hòc modò se habeat majus & minus, tunc regula verissima est. Sequitur enim: Hic homo potest currere. E. etiam potest progredi. Potest centum pondo portare. E. etiam quinquaginta.

III. Sed regeris, ne in hòc quidem sensu perpetuam esse regulæ veritatem, quoniam substantia composita est majus, sive perfectius quid, quàm materia prima, & quidem ita, ut substantia composita includat materiam, nec tamen quicquid substantiam compositam producere potest, ipsam etiam materiam producere potest, sicut bos bovem generat, materiam autem primam producere nequit. Similiter ensis est quid majus & perfectius ferrò, & ita quidem, ut ferrum in ense includatur. Faber facit ensen, neque tamen ferrum facere potest.

IV Respondeo: Licet majus & perfectius quid sit substantia composita materiâ, sicut & ensis ferrò, substantia quoque composita materiam, sicut & ensis ferrum, includat; tamen substantiam compositam producere, ut bovem generare, non est majus, quàm producere materiam, sed potius materiam ipsam producere est majus, quàm producere & generare compositum, cum materia non possit, nisi ex nihilo produci; ad quod quidem

dem cum  
lius & ma  
ci, quom  
per gene  
responde  
stantiâ co  
producti  
ductio fe  
ria prima  
jam ante

Pote

I. Ob  
gnificati  
tentia: i  
tur, poss  
id, circa  
est, sub  
suum ob  
ca aliqu  
ejus ad  
ret, visu  
sub visu  
non co  
contra  
xerit su  
cum h  
netur

dem cum requiratur virtus infinita, longè difficilior & majus est, quàm aliquid ex materiâ produci, quomodo substantia composita producitur, per generationem. Primarium autem, quod hîc respondendum, est, quòd, licet materia in substantiâ compositâ, ferrum in ense includatur, in productione substantiæ compositæ, neque productio ferri in fabricatione ensis, cum ibi materia prima, hîc autem ferrum præsupponatur, & jam ante esse suum obtineat.

## REGULA VI.

*Potentia non excedit suum objectum.  
adequatum.*

I. Objectum adequatum, ut ex ipsius vocis significatione constat, dicitur, quod est æquale potentia: ita ut circa omne id, quod sub eo continetur, possit potentia suum exercere actum, & omne id, circa quod potentia suum actum exercere potest, sub eò contineatur. Unde potentiam excedere suum objectum adequatum, est, posse potentiam circa aliquid suum exercere actum, quod sub objecto ejus adequato non continetur, ut si quis statueret, visum posse percipere saporem, cum sapor sub visibili, quod objectum visus adequatum est, non contineatur. Ea autem manifestissima est contradictio. Si enim potentia circa aliquid exercit suum actum, hoc ipso: id ejus objectum est, cum hæc sit natura objecti: si autem non continetur sub objecto adequato, hoc ipso non est ejus

objectum, alias enim objectum adæquatum non comprehenderet omne id, quod est objectum, vel circa quod potentia suam exerit actum.

II. Ex hoc axiomate non pauci colligunt, Deum non posse videri oculo corporeo, sive visu corporis, quoniam nimirum visus corporis objectum adæquatum est visibile corporeum, ut color & lumen. Sed Deus non est visibile corporeum. Si igitur visu corporis Deus posset videri, potentia posset excedere suum objectum adæquatum. Sed hanc controversiam non facimus nostram.

III. Plinius *Lib. II. natural. hist. cap. VII.* negat, Deum esse omnipotentem, præter alia eo usus argumento, quod non possit sibi consciscere mortem, non possit facere, ut, qui vixit, non vixerit, qui honores gessit, non gesserit, ut bis decem non sint viginti. Eodem modo philosophatur vel potius delirat Plutarchus *lib. de plac. neque* multum abludit Conrad. Forst. *Tr. de Deo & attrib. p. 238.* scribens, potentiam Dei non esse profusam infinitam, eò, quod non extendatur ad impossibilia.

IV. Quæ Plinius affert, implicant contradictionem. Quæ verò contradictionem implicant, sunt impossibilia, per *Reg. I. disp. præc.* Quæ impossibilia sunt, sub nullius potentia objecto continentur. Si enim sub aliquam potentiam caderent, hoc ipso jam essent possibilia, & non impossibilia.

sibilia, (quod) modum quod  
bilia. Sed  
potentia.  
objectum  
exerere a  
objectum  
potentia  
per conse  
cere impo  
mnipoten  
nitam.

V. Ce  
possit per  
animal no  
rectè infer  
non habe  
pterea, qu  
süs: Sic n  
ferre licet  
mori non  
non sint p  
sibilia sun  
non possi  
mnipoten

I. Zab  
formam,

sibilia, (quæ manifesta est contradictio) quemadmodum quæcunque sub visum cadunt, sunt visibilia. Solum ergo *possibile* est objectum omnipotentia. Et cum nulla potentia suum excedat, objectum adæquatum, h. e. nullius potentia sit, exerere actum suum circa id, quod est extra ejus objectum adæquatum; nec omnipotentia sive potentia infinita erit, posse facere impossibilia; & per consequens ex eo, quod Deus non potest, facere impossibilia, malè inferitur, eum non esse omnipotentem, aut potentiam ejus non esse infinitam.

V. Certè sicut nihil derogat visui, quod non possit percipere odorem vel saporem, neque quòd animal non possit videre saporem vel odorem, rectè inferitur, id carere potentia videndi, aut eam non habere omnibus numeris perfectam, propterea, quòd odor & sapor non sunt objectum visus: Sic nihil derogat potentia divina, neque inferre licet, Deum non esse omnipotentem, quòd mori non possit, quod, ut ea, quæ sunt præterita, non sint præterita, quod quavis alia, quæ impossibilia sunt, & contradictionem involvunt, facere non possit, quoniam nimirum ea sub objecto omnipotentia non continentur.

## COROLARIA.

I. Zabarella de facult. anim. c. V. negat ullam formam, sive substantialis sit, sive accidentalis,

agere posse sine potentia media. Undè & potentiam calefactivam distinguit à calore, eamque ipsum insequi asserit, sed subscribere hîc ipsi non possumus.

II. An Deus possit facere res meliores, quàm fecit? Aff. Vide Petr. Lombardum & ejus Interpr. *I. d. XLIV.* & Thomam ejusque Interpr. *P. I. Q. XXV. art. VI.*

III. An creaturæ in infinitum perfectiores secundum speciem fieri possint, sive, an, facta quâcunque re, sit possibile fieri perfectiorem secundum speciem, quemadmodum datò quolibet numero, potest dari major? Negant Aureol. *a. p. d. Capreol. I. d. XLIII. q. un. art. II.* Durandus *ibid. d. XLIV. q. II.* Nos affirmamus cum Thomâ *l. cit.* Cajetano *ibid.* Vatzquetz *ibid. disp. CVI. c. IV.* Capreolo *l. cit.* & aliis.

IV. Non audimus Bartholinum, dum *Metaph. major. p. 139. & seqq.* præter actum primum & secundum introducit alium, quem tertium vocat, & à Metaphysicis neglectum ait.

V. Simplicitati Dei adversatur sententia Scottistarum, qua attributa ejus ex natura rei distincta esse asserunt.

VI. Sunt viri eruditissimi, qui docent, propositionem aliquam, in se & extra syllogismum, consideratam, posse esse negantem, in syllogismo verò, ubi respectum ad aliam propositionem obtinet, affirmantem. Sumanus syllogismum ex *I. post. c. X.*

Quæ.

Quæ  
Plane  
E. Pro  
Mino

licet extr  
calculum  
proptere  
versalita  
positio  
proposit  
& respect  
nec nega  
onem; l  
logismo  
esse cens

VII. M  
cætera &  
quos in

Qui r  
fac

Electi

E. elec

An ita

peccator  
rationes  
sionem f  
illi, qui

Quæcunque non scintillant, propè sunt.

Planetae non scintillant.

E. Propè sunt,

Minorem dicunt esse affirmantem infinitam, licet extra syllogismum negans sit. Verum nos calculum nostrum adjicere nondum possumus, propterea, quod affirmatio & negatio, ut & universalitas & particularitas, sunt differentiae propositionum absoluta. Quemadmodum igitur propositio, quæ in se particularis est, in syllogismo & respectu alterius nunquam fit universalis: ita, nec negativa fit affirmans. Unde illam propositionem: *Planetae non scintillant*, in proposito syllogismo negantem, & nullo modo affirmantem, esse censemus.

VII. Non parùm molesti esse solent cæcis etiam cætera & eruditis, secundæ figuræ syllogismi, quos infinitos vocant. E. g.

Qui non sunt peccatores, non indigent satisfactione Christi.

Electi indigent satisfactione Christi.

E. electi non sunt peccatores.

An ita concludendum erit; Electi non sunt non peccatores? Ita videtur. Sed non desunt nobis rationes, cur id negemus. Sic autem conclusionem formandam statuimus; Electi non sunt illi, qui non sunt peccatores.

D 6

Disp.

Quæ